

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Bifolium Metallicum

Gassmann, Franz

Noribergae, 1676

VD17 VD17 39:117960F

Ominpotens, aeternum ac ineffabile lumen, fons & origo omnis sapientiae
ac veritatis

[urn:nbn:de:bsz:31-99962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-99962)

Omnipotens, æternum ac ineffabile Lumen, Fons & Origo omnis Sapientiæ ac Veritatis.

PLacuit divinae Tuae Majestati, per viam Creationis incomprehensibilis, abyssum inexhaustam Tuae Sapientiæ detegere, ac Temet ipsum, per tot innumerabiles rerum ordines, patefacere, solâ verbi FIAT exhalatione & corporificatione. Origo rerum omnium à Te, sicut in Te omnia iterum desinent, absorbito seculo; quod imprimis ego, Creaturarum Tuarum ingratiſſima, fateri cogor; quantumvis enim, ab Adolescente, Sapientiam naturalem, legendo, laborando, peregrinando, omniq; possibili solertiâ indefagitatus continuò perquisiverim, nec ullum vitæ ac sanitatis discrimen formidaverim, nihilo tamen minus, retrospectiè adperſſas anxietates & sapientiæ scholasticæ nuditates, exclamare me oportet, cum Poetâ:

- - - ô quantum est in rebus inane!
 & contrâ cum Apostolo Paulo confiteri: quod omne bonum & omne lumen Sapientiæ vera sit

fit desuper à Patre luminum; aliquandò mediatè, aliquandò immediatè. Utrūq; ex solâ Tuâ gratiâ ac clementiâ immerenter sum expertus. Complacuit enim Tuæ gloriosissimæ Majestati, solâ mentis illustratione, Comite labore improbo, absq; ullius hominis favore, mihi quasi inscio, ipsum apicem augustissimum venerabilis Sapientie Naturalis largiri, retentâ tantùm potestate utendi ad aliquot annos; in quem autem finem tam variam fortunam interea expertus fuerim, Tibi soli liquet. A posteriori autem adverto, quòd ex merâ Tuâ bonitate, & ad majorem gratiam in me miserum collocandum, à praxi abstractus fuerim. Si enim dives statim factus fuisset, forsan ingluviei, desidia & aliis infirmitatibus humanis deditus, ulteriorem scientiam non appetivisset, sed partâ contentus vixisset.

Collibuit autem Tuæ Majestati, ex causâ imperscrutabili, me depauperare, Tibiq; occasionem relinquere, illud, quod reliquum erat, scientiæ Diviniore, super me indignum, mediatè tamen, effundere, & alteram quoque viam, quam humidam nominant Adepti, gratiosè communicare; ita ut jam nil penitus restet, quàm Tibi, misericors ac benignissime Pater cælestis, immortales & aternas Gratias, pro hoc inestimabili thesauro persolvere, cum

*annexâ devotissimâ petitione, vitam eduseq;
prolongare, donec bonitatem Tuam abyssalem
satis depradicare queam.*

*Ne autem hoc pretiosum Talentum mecum
plane moriatur, & tamen veritas hujus My-
sterii, qua apud multos literaliter doctos, Re-
vollaceos barbaricè, propriè inanes Philosophos,
agonizare videtur, suo fonti, ad dispensandum,
restituatur; proptereâ pingue hoc Bifolium,
Tibi, sanctissime Deus, adolere & cum egoitatis
mea abnegatione immolare volui. Dignetur
Divina Tua Majestatis clementissimè à manu
servi sui vilissimi accipere, quod pro custodia
impuri mundi minimè quadrat.*

*Resignavi quidem voluntatem meam ple-
nissimè in Tuam Divinam, sed interim credo
protectionem hujus opusculi & directionem ab
evo consuetam, quam & ego, pro meâ
parte, avidissimè opto, rogo
expeto.*



Prefa³